

Hartrig:

De vera

unionis pro

cliam in de





32

miss.

320

SPECIMEN QUODDAM

DE

VERA
VNIONIS PROLIUM
INDOLE

D. 18 APRIL. CIDIICCLVIII.

EDITVM


Ki 1327

A

GEORGIO CHRISTIANO CLEMENTE

DE HARTWIG

ART. LIB. ET IVR. VNIV. CVLTOR.



CLAVSTHALIAE

TYPIS IOANNIS HENRICI WENDEBORNII.

J. Oberf. Venger



STPECIMEN QUODDAM
DE
VERA
VNIONIS PROLIAM
INDOLE



GEORGIO CHRISTIANO CLEMENTE
DE HARTWIG

GEORGIO CHRISTIANO CLEMENTE
DE HARTWIG



DOMINO GENEROSISSIMO

FRIDERICO
MELCHIORI LUDOVICO
DE HARTWIG

SVBSENIORI ET CANONICO

ADMODVM REVERENDI CAPITVLI

S. ALEXANDRI.



P A T R I
S V O D I L E C T I S S I M O

H O C C E S P E C I M E N

P R O P T E R E X I M I A I N S E B E N E F I C I A

C O N L A T A

S V M M A R E V E R E N T I A

D E D I C A T C O N S E C R A T Q V E


A V C T O R .





VIR GENEROSISSIME
PARENS

OMNI QVA DECET PIETATE
PROSEQVENS!

uae Beneficia a TE, PARENS
OPTIME, in hunc usque diem
in me proficiscuntur, ea
non possunt non efficere, vt gra-
tissima colam illa et recolam memo-
ria, piique animi mei documenta
)(TIBI

TIBI exhibendi omnem arripiam oc-
casione[m]. Fas igitur omnino est, vt
quod virium qualiumcunque in iure
specimen quoddam edere constitui,
TVO, PARENS VENERANDE, inscribam NOMI-
NI TIBIQVE sacrum esse cupiam. Omni-
um sane Votorum summam profe-
quar, si, PATER OPTIME, leue hoc stu-
diorum meorum munusculum pro-
baueris, si quid in illo desideraturus
sis, desiderari autem multa possunt,
id omne imbecillitati potius meae
tribuas velim, quam quidem negli-
gentiae minus excusandae. Addas
insuper insigni huic beneuolentiae
pristinum tuum, PARENS VENERANDE,
amorem mihi inter vota optimum,
quo me et in posterum ne dedigne-
ris, est quod vehementer rogo. Ego
vero, DEVM TER OPTIMVM MAXIMVM
con-

continuis et ardentissimis precibus
inuocabo, velit TE per longam anno-
rum seriem omni salutis et prosperi-
tatis genere beatum conseruare ad
extremam vsque senectutem. Quod
reliquum est, ego non desistam, omni
vt decet pietatis cultu ad cineres
vsque permanere

VIR GENEROSISSIME
PATERNO TVO NOMINI

Dab. mem. April.


A. MDCCLVIII.

FILIVS OBEDIENTISSIMVS
GEORGIVS CHRISTIANVS CLEMENS
de HARTWIG.



CONSPECTVS.

- §. 1. Instituti ratio.
- §. 2. Definitio vnionis prolium cum confectariis.
- §. 3. Consensus.
- §. 4. Personae.
- §. 5. Finis et media finem obtinendi.
- §. 6. Iura liberis vnitis ex vnione prolium competentia.
- §. 7. Iura quae parentibus tribuit vnio prolium.
- §. 8. Modus tollendi vnionem prolium.
- §. 9. Vnio prolium differt ab adoptione.
- §. 10. In adoptionis locum non successit vnio prolium.
- §. 11. Occasio introducendi vnionem prolium, quae est caput iuris Germanici.
- §. 12. Vnio prolium viget praesertim in Germania superiori.





§. I.



ogitantem de materia, specimine academico
digna, subiit mentem VNIO PROLIUM, quae
scilicet quum pertractari plerumque in iuris ro-
mani compendiis soleat, adiectaque doctrina
de adoptionibus successit quasi vnio prolium in locum ad-
optionis romanae; num similis vtriusque iuris nostri capitis
sit ratio, indagare et ex recto vtrumque deriuare fonte, non
abs re esse videtur. Sed in iura hac scriptione tantummodo
inquiram ex vnione prolium oriunda et relictis iis, quae ad
adoptiones pertinent, discrimen, quod inter vnionem prolium
intercedit et adoptionem, ex doctrina, de vnione prolium

A

a me



a me proposita, eliciam, ea tandem solummodo afferens, quae praebuerunt illam proferendi Germanis occasionem.

§. 2.

Vnio autem *prolium* est conuentio coniugum de liberis ex priori alterutrius coniugis matrimonio natis, pro liberis naturalibus recipiendis: vel secundum opinionem aliorum Doctorum, est conuentio diuersorum parentum de priuignis cum liberis propriis ratione successione exaequandis.

Patent vero ex hac mea definitione ea capita, quae ad vnionem prolium incundam sunt necessaria. Perpendi scilicet hic possunt

- I. Ea, quae ex natura conuentionis fluunt.
- II. Quenam personae concurrant in hoc negotio.
- III. Quis sit huius conuentionis *finis* et quae *iura* ex illa personis competunt (oriunda.)

§. 3.

Quod igitur I. ad *conuentionem* attinet, apparet ex illa *Consensus* necessitas; et quidem

- I. Secundum *ius commune* parentum vnientium consensus sufficit. BOEHM. introd. in ius Digest. tit. de adopt. et emancip. § 8. cur enim liberorum consensum quis requirat nescio. Quippe cum de ipsorum commo parentes in hac conuentione maxime sint solliciti.



liciti. Attamen, quia pro diuersitate circumstantiarum dubium forsan esse potest commodum ad liberos inde promanandum.

2. *Leges nonnullae Speciales* praeter parentum consensum etiam, vt agnati in vnionem prolium consentiant, requirunt.

(a) Ob liberorum, de quo modo locutus fui, commodum.

(b) Deinde, quia etiam ratio specialis, quae ad commodum cognatorum spectat, vt successionis Ius illis competens, in impuberibus vniendis potest concurrere.

§. 4.

II. Personae in hoc negotio concurrentes sunt

I. *Parentes.*

(a) Vidua vxor,

(b) Viduus maritus,

potest tamen etiam vnio prolium iniri a marito, liberos iam habente, et virgine, quae ipsi nupsit, in spem futurae in hoc matrimonio sobolis.

2. *Priuigni.*

(a) Liberi viduae, vel personae sexus feminini.

(b) Liberi vidui, seu personae sexus masculini, siue vter-



que parens tales habeat tanquam proprios, siue vna
saltim pars.

§. 5.

Finis vnionis prolium est, vt liberi ex priori alterutrius
vtriusque coniugis matrimonio (concupitu) nati, pro naturali-
bus recipiantur, seu quod idem est, vt liberis his iura natura-
lium liberorum tribuantur.

Finis hic vt obtineatur, media adhibenda a Parentibus
sunt, quae ponuntur (secundum praxin et Leges quasdam pro-
uinciales)

I. In auctoritate

(a) *Iudicis Ordinarii*. Requiritur haec,

(a) Quia vnione prolium tutela finitur, quae, nisi acce-
dente Iudicis auctoritate, finire nequit. Nam nihil
tam naturale est, quam vt quid eodem modo dissol-
uatur, quo colligatum est. Tutela autem Iudicis
auctoritate confirmatur per R. Imp. de anno 1548 et
1577. t. 32. BOEHM. l. cit. tit. de confirm. tut. l.
Curat. §. 5.

(β) Quia pater acquirit vsumfructum bonorum libero-
rum coniugis, qui vt alienatio bonorum est confide-
randus. Bonorum autem, quae ad liberos spectant,
alienatio Iudicis requirit auctoritatem, BOEHM. l.
cit. de administ. et peric. tut. §. 19.

(b)



(b) *Comitis palatini.* BOEHM. tit. de adopt. et emancip.

§. 8. nimirum vbi Leges provinciales non expresse auctoritas Iudicis ordinarii intercedat, praecipunt.

2. *In causae cognitione*, quae plerumque attendit ad qualitatem bonorum vtriusque parentis et liberorum numerum. SCHILTER EXERCIT. 3. §. 18. PVFENDORF in obseru.

Iur. vniu. T. I. obseru. 200. §. 35. Facta causae cognitione si probatur a Iudice vnio prolium.

3. *Decreto Iudicis seu Magistratus*, est declarandum, permittit vnionem prolium; deinde

Adus vnionis prolium

4. *inseratur* ob probationem *protocollo*. STRYCK de succ. ab intest. Diff. 8. c. 6. §. 7. seqq. HAHN de iure rerum conc. 74. seqq.

§. 6.

Vnio prolium liberis tribuit

I. *Ius filiationis* respectu successionis parentum non propriorum. Naturales liberi hoc iure gaudent respectu priorum parentum: vnitis ergo eo nomine pro naturalibus receptis idem ius competat, necesse est. Ex hoc iure aliud fluit, nimirum

II. *Ius succedendi conuentionale* quidem, succedunt *autem* liberi uniti

1. *Vtrique parenti.* Tunc etiam, si viduus virginem vxorem duxit, nullique ex matrimonio isto nati liberi

A 3

sunt:



sunt: patris liberi succedunt matri arg. L. 13. in f.
de manum. test. confer. BOEHMER de Adopt. et
Emancip. §. 9. nr. 1. STRYCK de succ. ab intest.
Diff. 8. C. 6. §. 6.

2. Regulariter succedunt liberi vniti *parentibus primi gradus*. De bonis enim auitis illorumque hereditate disponere nequeunt parentes liberorum vnitorum. Valet tamen successio in bonis personarum vlteriorum graduum, personis hisce in pactum vnionis prolium ad hunc effectum speciatim consentientibus. Namque hic omnia nituntur pacto de successione inito. Et hinc quoque petenda est ratio, cur liberi vidui succedunt matri sine liberis defunctae (n. 1.)

Ergo parentum dispositio paciscendique facultas cessat, et de qua successio nihil disponitur in pacto: ibi et successio minime obtinet. Hinc liberi vniti non succedunt

(a) *In feudo* ex pacto et prouidentia maiorum quaesito; nec *in fideicommissio* familiae. Prouidentia enim maiorum nititur haec successio. KNIPSCHILD de fideicomm. fam. c. 8. n. 435.

(b) Vniti liberi non succedunt *inter se*. RYCK. de vn. prolium c. 6. n. 48.

(c)



(α) Quia in pacto vnionis prolium hoc ius illis tribuitur, nec tribui potest, cum pacta non egrediantur personas paciscentes.

(β) Quia in successione vinculum consanguinitatis attenditur, quod in liberis vnitis cessat. Licet enim pro naturalibus recipiantur: id tantummodo fit ratione parentum Inter liberos vnitos vero ne affinitas quidem (vt taceam consanguinitatem) intercedit, secundum regulam computandi affines:

Vtriusque coniugis cognati non sunt affines.

c. 5. x. de consanguin. BOEHMER tit. de ritu nuptiar. § 10. Ex eodem hoc principio fluit, vnitos liberos compriuos matrimonium inter se posse contrahere secundum ius commune. Legibus quidem specialibus tale matrimonium saepius esse prohibitum, docet HOMMEL de vnion: prol. indole.

§. 9.

III. Ex iure successione conuentionali competit liberis vnitis, *Ius impediendi patrem*, quo minus

1. Condat testamentum intuitu priuignorum, quatenus sc. illis ius quaesitum est respectu legitimae, nisi simpliciter parentes vnientes alienationi renunciauerint. STRYCK Tit. de adopt. §. 13. in vf. mod. et LEYS. in spec. 20. Med. 7.

2. Quo



2. Quò minus alienet bona illa, de quibus vnio inita est. Vtrumque si pater vel testamentum condere dicto modo vel alienare dicta bona velit, summam ergo liberos contineret laesionem, qua liberis adimerentur Iura ex pacto acquisita. *MVSCVL. de success. conuent. n. 139. seqq. STRYCK. l. cit. §. 29.*

§. 7.

Parentibus ex vnione prolium competit

I. *Ius Paternitatis*, quod tribuit illis disciplinam domesticam, quae naturali inest potestati Parentum, i. e. qua parentes vel iure naturae gaudent. *BOEHM. Tit. de his qui sui l. alien. iur. sunt §. 4.*

II. In nonnullis prouinciis, quia liberi vniti tanquam naturales considerantur, successio est reciproca, ita nimirum, vt parentes liberis etiam succedant. Docet id obtinere in Franconia et praesertim herbipolitanis, ab *IKSTADT l. c. C. 3. §. 30.*

Iure communi successio reciproca ob hanc rationem non admittitur, quia pactum dat legem successioni in vnione prolium. Pactum autem initur tantummodo de successione, qua liberi vniti succedunt vtrique parenti. In fauorem enim liberorum initur vnio prolium, non in Parentum commodum.

III. Quia per pactum tantopere restringitur parentum
fa-



facultas disponendi de bonis, licet ipsis ad liberam sibi referuare quaedam bona dispositionem; quin vt hoc faciant parentibus suadendum est. Veniunt talia bona sub nomine *referuati*.

IV. Vitricus rescissa vnione prolium, cuius intuitu Vitricus priuignos alit, repetere alimenta potest. LEYSER Spec. 55. Med. 10.

Disputatur adhuc de hac repetendi alimenta priuignis a Vitrico praesrita facultate, quam ipsi tribuo.

BACHOV *ad Treutl.* Vol. I. Disp. 10. §. 3. 1. c. denegat eam vitrico hac, vsus ratione, quod paternus affectus praesumendus sit in vitrico, qui priuignos aluit.

Verum I. cum pietatis causa vt quis liberalis, proxima necessitudinis vinculum supponendum est, Vitricus autem ratione priuignorum pro extraneo habendus. Cessat ratio, cur paternum in vitrico, alente priuignos, affectum deprehendi credamus.

2. Deinde ipsae quoque Leges in vitrico odium magis, quam affectionem peculiarem supponunt. L. I. C. vbi pupill. educar. Concludo inde, vitricum, si priuignos aluit, videri id fecisse repetendi animo, adiuuat hanc sententiam L. 3. C. de contrar. Iudic. tut.



§. 8.

Vnio prolium *dissoluitur*I. Tota, i. e. ratione *omnium personarum concurrentium*

(1) mutuo consensu. Nihil enim tam naturale est, quam vt quid eodem modo disiungatur, quo coniunctum est. STRYCK I. c. §. 26.

(2) Si per vnionem *liberi in legitima laeduntur*: impugnare agendo vnionem prolium, et nisi vnio prolium consistere possit sine laesione in ipsorum legitima, vt rumpatur illa, petere queunt, ab ICKSTADT I. cit. c. 4.

II. Ratione *vnus vel nonnullarum tantummodo personarum concurrentium*.

Sicut scilicet inobedientes priuigni exheredari possunt: ita etiam a domo sua eiicere et e patria potestate dimittere illos patri licet. Quod si accedit: Vnio prolium, respectu effectus, soluitur. PUFFENDORFF Obs. Iur. Vniu. Tom. I. obs. 200.

§. 9.

Perspecta iam vnionis prolium indole, sponte apparet discrimen, quod inter illam intercedit et adoptionem. Haec autem cum ad prima iam iurisprudentiae romanae cunabula pertineat: superfluum esset magno illam explicari apparatu.

Reli-



Relicta igitur penitiori inquisitione in adoptionis naturam, notandum saltem est: Vnionem prolium ab ea differre

- 1) Ratione *pacti*, quo inita vnio prolium (§. 2.)
- 2) Vnio prolium semper supponit (diuersas^o parentes). Diuerforum enim parentum conuentio est (§. 2.)
- 3) Discrepant vnio prolium et adoptio quodammodo ratione *personarum*, quae in illa admittuntur. Femina nimirum etiam ad vnionem concurrit (§. 3.)
- 4) Amplius *personarum rationem* perpendentes cognoscimus, vnionem prolium tantummodo in *priuignis* locum habere (§. 3.)
- 5) Durante vnione prolium per *effectus*, qui *liberis vnitis* ex vnione prolium fauent, frater vnitus *sororem vnitam compriuignam in matrimonium ducere potest* (§. 6.) Limitationes athali in eodem paragrapho.
- 6) Ratione *Iurium*, quae tribuit vnio prolium *parentibus*, hoc insigne est discrimen: transferre vnionem prolium *patriam potestatem naturalem*, minime vero ciuilem. (§. 7.)

§. 10.

Ex dictis facile patet, eorum sententiam minime quadrare in vnionis prolium naturam, qui asserunt: fucceffisse vnionem prolium in locum adoptionis.



1. Recte enim inde, ut ego quidem credo, concluderetur: unionem prolium esse surrogatum adoptionis. Iam vero surrogatum, qua tale, sapit naturam eius, in cuius locum surrogatum est. Vbi, quaeso, id deprehendimus in unione prolium? Differentiae in paragrapho antecedente illatae, quibus discrepat unio prolium ab adoptione, contrariam nos manifeste docent sententiam.
- 2) Deinde nonne adhuc valet adoptio: quam profecto obtinere non posse, quis negat, si successisset unio prolium in adoptionis locum? Quia optime simul utrumque negotium consistere posse, affirmare non dubito.
- 3) Denique id sequitur: formam unionis prolium §. 4. supra traditam, si eam statuta non determinant, ex adoptionis materia peti non posse. Vid. ENGAV Elem. Iur. Germ. Lib. I. tit. 23. §. 438. not. *

Quae cum ita sint: in originem, quamnum traxerit unio prolium, ex romana an ex alius populi institutione, inquiram, necesse est.

§. II.

Et hic quidem iam extra omne dubium positum est, germanici iuris caput esse *Unionem prolium*, id quod magis adhuc corroborant statuta plurium civitatum germanicarum, de illis disponentia.

Natu-



Naturam autem vnionis prolium, quae liberos diuersorum parentum ratione successione aequat, considerantibus se offert occasio illam introducendi, quae posita videtur in inaequali liberorum, ante inuentam vnionem prolium, conditione. Quaedam scil. municipia Germanica statuerunt, de in vt prioris matrimonii liberi acciperent *immobilia bona, mobilibus* iis liberis addictis, qui ex posteriori.

Procreati fuerant matrimonio: alia vero municipia *acquestum* tantummodo liberis tribuerunt. ENGAV I. cit. §. 433. not.

VERA VNIONIS PROLIUM

Mirum inde non erat, magnam saepe oriri inaequalitatem, magnam bonorum confusionem varias praesertim efficere difficultates acquestum, qui in vtroque probe determinandus erat matrimonio evitandarum igitur harum facultatum causa, vnionem prolium inuentam esse, cur non affirmem. nescio.

§. 12.

Coronidis loco id adhuc afferendum mihi videtur, non vbique in Germania vigere vnionem prolium. Incognita fere illa est in Saxonia. STRYCK tit. de adopt. §. 9. in vf. mod. Frequens autem in *Germania*, quam superiorem vocant; in circulis nimirum *Franconico, Rhenanisque*. Plures inde extant dispositiones statutorum, his regionibus propriorum.

Antiquissima de vnione prolium constitutio deprehenditur in *reformatione moguntina*.



Disponunt quoque de illa tota pars tertia Iuris prouincialis
 Franconici; Ius prouinciale Palatinum; Württembergicum; Solmensē;
 Statuta Wormatiensiu; Freibergensiu; reformatio Francofurtana; Iulia-
 censis; Treuirensis; quae iura omnia passim allegat ab ICK-
 STADT in allegat. Differt.

FINIS

SPECIMINIS MEI

DE

VERA VNIONIS PROLIUM

INDOLE.



ir
e
a-
k-

ni
2

ni
ni

ni
ni
ni

ni





Ki 1327


V D
18

ULB Halle

3

007 679 106







32

SPECIMEN QVODDAM

DE

VERA

VNIONIS PROLIVM

INDOLE

amif.
320

D. 18 APRIL. C1D19CCLVIII.


EDITVM

Ki 1327

GEORGIO CHRISTIANO CLEMENTE

DE HARTWIG

ART. LIB. ET IVR. VNIV. CVLTOR.



CLAVSTHALIAE

TYPIS IOANNIS HENRICI WENDEBORNII.

J. Oberf. v. ungen.

